

negotiis aliquantisper^a tractarent^b, tandem inter loquendum percontatur comitem abbas, unde tandem sanctorum reliquias ad ipsius ecclesie consecrationem speraret. Animadvertens itaque vir prudens non⁹⁴ sine dei nutu id se abbatem interrogasse, quod ipse paulo ante versabat⁹⁵ in corde, „Deus“ respondit „et sancta eius genitrix providebunt hæc ad gloriam nominis sui, qualiter illis placuerit“. Ad hæc abbas gratulabundus „Quod mihi“ inquit „repensurus es beneficium, si non modo parvas aut forte ignotas vel dubias corporum sanctorum particulas dederò, sed integrum prorsus tibi sancti cuiusdam corpus intra comitatus tui dicionem ostendero, quod possis promereri continuo?“

4. Exhylaratus ad ista plurimum comes et in spem tantę pollicitationis erectus „Nichil“ inquit „est certe in toto honore meo, quod me irreprehensibiliter dare et recipere te conveniat, quod non tibi presto donetur, si, quod promittis ore, opere fueris executus“. Subinfert protinus abbas „Non aurum a te, non argentum seu quodlibet commodum^a seculare, quod nequaquam meę professioni competit, exigam, (p. 263) verum enim vero illud, quod tuę saluti, quod tuo honori, quod tuo denique officio potius congruat, quęram. Volo igitur simul et flagito, ut^α)

α) folgt teils durchgestrichen, teils durch Umrandung getilgt: omnium rerum nostro monasterio pertinentium in tuo dumtaxat consistentium comitatu custodem, advocatum ac defensorem te ab hodierna die constituas et ea, que a pravis quibusque subtracta vel diminuta sunt, eidem sancto cęnobio, prout posse tibi fuerit, gratanter restituas. Quod

omnia^b nostro monasterio in tuo dumtaxat comitatu pertinentia quæta de cetero et tranquil<la> ad usus servorum dei mane<re>

Tr. I c. 3. a) am Zeilenende, anscheinend korr. (aus aliquantum oder aliquanto?). b) korr. aus pertractarent.

Tr. I c. 4. a) unter der Z. hinzugefügt. b) omnia – Q<uod> (siehe unten Var. d) zwischen den Zeilen und am Rand hinzugefügt.

94) *Alfanus von Salerno*, *Carmen* 20 v. 30, hg. von Anselmo LENTINI / Faustino AVAGLIANO, *I carmi di Alfano I arcivescovo di Salerno* (*Miscellanea cassinese* 38, 1974) S. 151: Non sine divino nutu fortasse fiebat.

95) *Johannes von Salerno*, *Vita s. Odonis* I 13, *MIGNE PL* 133, Sp. 49B: illud in corde versabat.